



Universitätsbibliothek Paderborn

Svmmvla Caietani

Cajetan, Thomas

Antverpiae, 1575

Columbarium qui licitè teneant.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41716

Quarto, quando consentitur conditionaliter. **Opus non malum, sed sibi illicitum propter suum statum aut verum: puta si religiosus appetat duxere uxorem si esset liber: & similiter quum quis post votum ieiunii vellet non ieiunare si esset liber & sic de aliis.** In huiusmodi enim peccati veriale communiter interuenit propter remissam voluntatem ab inchoato bono. Et ad hunc peccandi modum spectat, quoniam quis consentit quod si ingressus esset religionem, non ingredieretur: ex quo tamen professus est, intendit seruare eam: manifestè siquidè apparet remissio voluntatis à feruore prius habito: quia tamen consensus infra limites liberi temporis consistit, mortale peccatum non interuerit. Et scito omnes conditionales secundum hunc modum, & multo magis secundum præcedentem modum, esse opera & tentationes fatuas & diabolicas. nam diabolicum est, quenquam in temptatione se, aut alium præcipitare, si esset, si fuisset, facerem, dicendum &c. ad nihil enim haec ducunt, nisi ad peccatum.

Quinto, quando in cogitando interuenit delectatio morosa. De qua vide infra in verbo, delectatio.

*Peccatum collusionis qualiter
committatur.*

Collusio (hoc est inter auctorem & reum latens & fraudulenta conuentio) est manifeste peccatum in verboque: quia viroque colludens fraudi consentit. Haec est peccatum mortale pro quanto inique contra debitam tendit iustitiam.

Columbarium qui licite teneant.

Columbarium habere, vel contra municipalia statuta disponentia certam terrae mensuram opporre ibi habere eum qui columbarium tenet, vel ubi statutum nullum est contra eorum qui damnificentur quicunque peccatum est, nisi ex consuetudine aus

præscribitur.

Communio sacramen. 53

praescriptione legitima ius hoc habeat. Et à mortali
peccato non excusatur si notabile infert damnum al-
eri quod prudentia quæ circa singularia versatur,
elinquitur iudicandum, attento loco, passu, multitu-
dine, &c.

Sacramentalis communio quatuor presupponit, ex parte sumentis.

Communio qua sacramentum Eucharistie sumitur, ex parte sumentis exigit quatuor, sine quibus peccat communicans. Primum est, ut sit mundus à peccato mortali: hoc est ut secundum suam conscientiam, præmissa diligenti contritione & confessione eredat se mundum à peccato mortali. Et sine contritione quidem mortalis peccati cogniti communicans peccat mortaliter: quia indignè sumit, ac per hoc reus est corporis Domini inquit enim Apostolus, Probes seipsum homo, & sic de pane illo edat. qui enim manducat indignè, reus erit corporis Domini.

Sine confessione autem, si rationabilis subest causa non confitendi, excusatur communicans: quia praecipuum de confessione praemittenda communionis ratione est de iure diuino, nec de iure positivo quum nullibi inueniatur, nisi semel in anno. Si autem commoditas adest confitendi, & habens conscientiam peccati mortalis differre vult confessionem, & nihilominus comunicare, quia opportet ipsum cum aliis communicare, aut oportet ipsum celebrare, peccare videatur valde grauiiter: quia minus dignè voluntarius accedit, ut pote ad Ecclesiasticæ unionis sacramentum sive Ecclesiastica reconciliatione absque rationabili excusatione accedens. Non damno tamen ipsius peccati mortalis, propter rationem dictam. Secundum est, ut sit jejunus jejunio naturæ: hoc est quod à media nocte nihil sumperit per modum